Angers 55

(9v)

-- Matheus interpretatur. donatus uel auctus. Marcus excelsus mandatum. Lucas eleuans atque consurgens. Iohannis gratia dei. Huc usque de figuris et nomine istius libri. Iuxta traditionem magistrorum. uel paucare intimare temptauimus. Nunc uero de libro beati Fortunatiani Aquilegense epm aliqua testimonia scripsimus. quae hic congruit intimare. In ueste inquid Aaron. quattuor ordines habentes. lapides ternos. quattuor euangelia praefigurabantur. Terni lapides trinitatem perfectam. quia ista quattuor euangelia. perfectam nobis demonstrant trinitatem. in ea continentem. sicut ipse dns ait. ad discipulos suos. Ite pdicate omnem creaturam. baptizantes eos in nomine patris et filii et sps sci. Sed et uirga Aaron. qui in sancta

10a sanctorum floruit. | In typum dni flos. et fructus ipse uirge accipere potest. In uirga quippe Mariam genetricem dni nri ihu xpi. In flore uero ipso dno praefigurasse accipiendum est. sicut scriptura ait. Egredietur uirga de radice Iesse et relq. Hunc de domino Salomon ait. Ego sum flos campi. et lilia conuallium